Fragmentarium

et disiecti. Hoc etiam astruunt adhuc
[illegible] theatri muri quod romano mo-
re ad ludos [illegible] theatrica perfe-
cta constructa [illegible] Ea autem per-
secutione que per attilam hunorum regem
celesti iudicio xpianis illata est describi
tur. contigit eandem urbem ut adhuc res
probat funditus euersam occidisse. et in ul
tione heretice prauitatis dei permissione ig
ne conflagrasse. Conqueritur hoc ieronimus
inepta ad ageruntiam. Excisam deflens
nobilissimam urbem moguntiacam. urbem
wangionum. nemetum quoque et argentinam cum
aliis pluribus ecclesiis et urbibus galliarum.
Postea uero quando iram celi distillauerat.
et diuina miserante gratia a catholicis
principibus reddita pace ecclesie conquieuerunt.
mutato loco super litus reni a quo prius
ducentis plus minus passibus distabat
est restaurata. et a francorum regibus maxi
meque a dagoberto rege in pristinam immo
multo ampliorem dignitatem est reuocata.
caput effecta regni orientalium francorum.
ac metropolis gallie et germanie. atque
cunctarum urbium cisalpinarum. Galli
canis enim ecclesiis arriana impietate per-
natis. cum diuine animaduersionis fla
gellum per predictum attilam hunorum regem
usque ad internitionem deseuisset. et easdem
ecclesias urbesque ad aurelianam arcem ab usque
reno funditus euertisset. reddita in
primissimi pace sanctorum patribus. cum iterum
de ordine ecclesiarum redintegrando
ageretur. apostolice sedis auctoritas. a qui
busdam locis. et archiepiscopatus apicem. et pal
lii reuerentiam. a quibusdam uero primatus digni
tatem censuit transferendam. a nonnul
lis etiam cathedras iudicauit esse mutan
das. quarum nomina propter sublatam in
uidiam hic inserere fas non est. Alie siquidem
earum funditus erant euerse. et diuino
populante iudicio in solitudinem redac
te. alie et si diuinam senserant animad
uersionem. adhuc tamen hereticum perfecte
non correxerant errorem. Quapropter
romane sedis indixit censura. illis
in locis cathedras institui. ubi et catholi
ce fidei integra esset ueritas. et ecclesiastice

religionis tranquilla securitas. Sed quia
[illegible] ex tempore primi
[illegible]
bonifacii [illegible]
et perfidie tenebris luce [illegible] pre-
dicationis exclusit [illegible] nectorum assen[illegible]
dicauit apostolicus pontifex Greg[orius]
deinde Zacharias. egregium [illegible] Boni
facium. et sedem illi credita[m] primatus
dignitate. ac pallii honore perpetualiter
insigniri. et per totam galliam atque germa
niam in omnibus conciliis. et ecclesiasticis conuen
tibus. apostolica uice fungi. Unde ut in gestis
francorum legitur. annuente predicto Zacharia
apud sessionis francigenarum urbem. pippi
num magni karoli patrem unxit in regem.
deinde in locis et urbibus ubi competebat.
uidelicet in wirceburc et he[illegible] episcopos
eligens et consecrans. cathedras episcopa
les instituit. in aliquibus uero presules. culpa ex
igente dampnatos. apostolica uice et primatus
potestate deposuit. Quam uidelicet pri
matus dignitatem predicti romane sedis
antistites Gregorius et zacharias eidem
memorabili uiro Bonifacio. et mogonti
ne sedi apostolica auctoritate consecrarunt
datisque priuilegiis. et scriptis testamenti perpe
tua tradicione firmarunt. Hec itaque
nobilissima urbs optimatissimi illius re
ni fluentis alluitur. omnium bonorum et honorum
copia perfruitur. ex omni gente et natione
confluentibus hospitalis ac por[tu]osa. tam
per pontificalem primatum diuino ap
ice. quam per regni fastigium [illegible] cul
mine gloriosa. situ iocunda. glebis fecun
da. salubris aere. delectabilis [illegible] mu
prorsus coronata dignitate. Igitur uir
dei et honestus cum albano suo aliis[que] disci
pulis hanc regiam urbem ingressus. inue
nit eam uariis erroribus obnoxiam. et he
retice prauitatis sordibus profanatam. Ip
sa enim sicut ex diuersis partibus po[pulis]
[illegible] ad se confluentes cuiuslibet lin
gue uel secte excipiebat homines. ita
multorum sectabatur errores [illegible] cum po
testas erat omnibus dominari [illegible]
nebat omnium erroribus ancilla[illegible] hac
dere etiam sacerdotem suum sanctissimum [illegible]

License: public_domain – Basel, Universitätsbibliothek, N I 3:49b, 2v – Fulda Legendary
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-vtwk/9851/71729)